



# ANNALES ECCLESIASTICIA.

JESU CHRISTI  
ANNUS

762.

PAULI PAP.  
ANNUS

6.

CONSTANT. COPRON. IMP.  
ANNUS

22.

I.  
Constant.  
persequi-  
tur Mo-  
nachos.



**E**QUITVR ordine temporo-  
ris septingentesimus sexa-  
gesimus secundus Christi  
annus, Indictione decima-  
quinta notatus, quo Im-  
per. Constantinus immen-  
so odio flagrans in mona-  
chos, quos præ ceteris sibi in promul-  
ganda heresi adversarios sæpe expertus  
fuit, maxime vero anno superiori, cum  
adversum Andream Cretensem monachum  
fuerit sibi certandum: cum audisset in  
Auxentiano monte, in Bithynia positio,  
degre magni nominis Stephanum mona-  
chum gratia miraculorum illustrem, po-  
tentemque sermone ad cohortandum alios,  
ut adversus debacchantem heresim forti-  
conserterent animo, ad eumque habere  
confugium plurimos, in hunc ipsum mo-  
vere bellum, necessarium sibi duxit, ut  
*Ann. Eccl. Tom. XIII.*

PAGIUS ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 6255.

S.A.C. VIII.

Anno E-

ra Hisp.

CCCC.

Anno He-

gire

CXLV.

inchoato

die 31.

Mart.

fer. 5.

A.C. 762.

I.

○ 15. C. D 3. P. 18. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 762.

PAULI PAPÆ 6.

CONSTANTINI COPRONYMI 43. & 22.

LEONIS IV. 12.

**A**D num.I. & seqq. Baronius narrat perse-  
cutionem a Constantino Imp. adversus  
Monachos Sacrum Imaginem Defensores ex-  
citataam, ex Metaphrase in Vita Sancti Ste-  
pheni Junioris, quam in fonte legere poteris Constanti-  
nus Imp. in Vita Sancti Stephani Audore Stephano Dia-  
cono Ecclesie Constantinopolitanæ, Interpretre persequi-  
Jacobu Loppiu Monacho Benedictino Tom. I. tur Mon-  
Analed. Græc. pag.456. & seqq. Hanc perse-  
cutionem ad præsentem annum pertinere recte  
deducit Baronius ex bello Bulgarico verna-  
tempestate sequentis Christi anni inchoato,  
cujus in laudata mox Vita pag.460. his ver-  
bis mentio est: *Illi milites oratione a Sancto  
polluta, se in Imperatoriam Urbem recenterunt,  
indeque cum Imperatore in Europam adversus  
Scybas profecti sunt.*

perficere posset, quod conabatur ( si lice-  
ret ) heresim stabilire. Sed quem scit  
maxime martyri cupidum, haud armis  
expugnandum tentat sed verbis. Ad hoc  
que virum eloquentem mittit, qui viro  
suadeat subscriptere decretis pseudoconcilii  
Oecumenici nominati. Id quidem fa-  
ctum est hoc anno, antequam bellum Bul-  
garicum pararetur, quod anno sequenti  
est confectum, ex auctore, qui res gestas  
eiusdem Stephani est prosequutus, qui &  
hoc vivebat tempore, & illi omnibus po-  
tuit interesse, certum exploratumque ha-  
betur, ut sequenti anno ostensuri sumus.  
Modo autem primi hujus certaninis Ste-  
phani ex eodem auctore totidem verbis  
hic describamus historiam, quæ sic se ha-  
bet ( a ): *Apud jo. Dam.*

*in fin.*

*Imperator bujuscet Stephani virtutem au-  
diens, secunque istud perpendens, quod  
A si bunc*

II.

phani Junioris, quam in fonte legere poteris Constanti-  
nus Imp. in Vita Sancti Stephani Audore Stephano Dia-  
cono Ecclesie Constantinopolitanæ, Interpretre persequi-  
Jacobu Loppiu Monacho Benedictino Tom. I. tur Mon-  
Analed. Græc. pag.456. & seqq. Hanc perse-  
cutionem ad præsentem annum pertinere recte  
deducit Baronius ex bello Bulgarico verna-  
tempestate sequentis Christi anni inchoato,  
cujus in laudata mox Vita pag.460. his ver-  
bis mentio est: *Illi milites oratione a Sancto  
polluta, se in Imperatoriam Urbem recenterunt,  
indeque cum Imperatore in Europam adversus  
Scybas profecti sunt.*

II.

Hoc anno Indictione XV. Paulus Papa Mo-  
naferium Sancti Sylvestri in monte Soracte  
cum tribus aliis vicini Pippino Francorum Re-  
gi donavit, ut liquet ex Epistola XII. Codicis  
Carolini ab eo ad Pippinum scripta, in  
qua